

CAROLVS HARSTIVS CLIVENSI.



Carolus apud Belgas ex honesta familia natus anno 1503. Is in omni genere literarum & uirtutum optimè educatus est. Inde se ad Academias contulit, & in linguarum & artium studio plurimum profecit. huic etiam Iuris cognitionem adiecit, & naturali facundia alios superauit. Itaq; Cliuensis dux eum inter consiliarios suscepit, & huic uarias legationes ad Hispaniæ & Angliæ reges iniunxit. Eas Carolus magno animo suscepit, & singulari dexteritate expediuīt. Postea quoq; frequenter comitia Imperij accessit, et sua prudētia & pietate Cæsari & reliquis proceribus gratissimus fuit. Cum hoc modo ad septuagesimum ætatis annum peruenisset, Anno post nativitatem Domini millesimo quingentesimo sexagesimo tertio apud suos obiit, & honorifice sepultus fuit. Anon.